

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 9743

**Auteur(s)** : Robert IV de Beaumont, Leicester (comte)

**Bénéficiaire(s)** : La Hoguette, Saint-André-en-Gouffern (abbaye)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : [1190-1202]

**Action juridique** : confirmation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Robert [IV], comte de Leicester, confirme en faveur des moines de Saint-André-en-Gouffern le bien de Mesmouton qu'ils possèdent d'après le don de son père Robert [III], comte de Leicester, et sa mère Pétronille, et d'après celui de Raoul de Saint-Hilaire, son frère Guillaume et leur neveu Thomas, comme ce qui est reconnu par le mandement d'H[enri II], roi d'Angleterre. Il leur donne le libre passage de leur bétail dans son bois depuis leur maison dans la forêt de Gouffern et concède la donation des deux tiers de toute la dîme de Beaumais du fief de Grandmesnil faite par Mathieu de Beaumais, son frère Guillaume et son fils Raoul.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Caen, Arch. dép. Calvados, H6697.

### Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 1, « Abbaye Saint-André-en-Gouffern », n° 73-78, p. 418.

## Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Robert IV, comte de Leicester, 1190 – 1204. Roger de Beaumont, évêque de St. Andrews, 1189-1202, fils de Robert III, comte de Leicester.

Texte d'après A

[Universis sancte matris] Ecclesie fi[delibus ad] quos presens carta pervenerit, Robertus comes Leencestrie, salutem in Domino. [Noverit universitas ves]tra quod ego pro salute anie mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedi et [concessi in] puram et perpetuam elemosinam Deo et Beate Marie et monachis Sancti Andree de Goffer, lo[...]. Mesmouton integre cum omnibus pertinentiis suis in boscho et in plano quod habebant et possidebant ex dono comitis Roberti, patris mei, et Petronille, matris mee, et ex dono Radulfi de Sancto Hylario et Willelmi fratris ejus, et Thome nepotis eorum, heredum ejusdem terre, sicut recognitum fuit eisdem monachis ex precepto domini .H. regis Anglie per juramentum plurium legitimorum militum ejusdem provintie et sicut divide posite sunt circa eandem elemosinam, scilicet a chemino Argentomi usque ad Boschum meum quod junctum est foreste de Goffer et a terris de Sefrevilla usque ad Boschum de Pele. Item dedi et concessi eisdem monachis in perpetuam elemosinam viam et liberum transitum omnibus animalibus suis eundi et redeundi per

dictum Boschum meum de domo sua in forestam de Goffer. Sciendum etiam quod concessi eisdem monachis in perpetuam elemosinam donationem quam Matheus de Belmes et Willelmus frater ejus et Radulfus filius ejusdem Mathei eis fecerunt de duabus garbis totius decime de Belmes de feodo de Gretemaisnil. Ut autem sepedicti monachi hec omnia supradicta libere et quiete et sine aliqua reclamazione vel molestia mei vel heredum meorum perpetua stabilitate habeant et possideant, eadem presenti carta et sigilli mei feci munimine confirmari. Testibus his, domino Rogerio episcopo Sancti Andree de Scotia, Gilleberto de Mineriis, Johanne de Alba Via, Gaufrido de Herupa, Radulfo de Sancta Maria, Willelmo meo capellano, Hernulfo de Maana, Johanne de Hosa, Andrea de Occagnes, et aliis multis.